

A cipiens inter intimos amicorum tenet. De Tiberio, Galba, & Thrafillo, hæc cerd contigisse neminem dubitare arbitror, cum Suetonius, Josephus, Dion & Tacitus probatissimi auctores hoc literis prodiderint.

Thrafilus, quamquam diem & horam mortis Tiberii exquisitè noverat, tamen eum adhuc decennium videri dixit, ut spe diuturnioris vitæ minus multos occideret.

Claudius Imperator paulo ante mortem cum consules designaret, memem illis, quo moriturum se prævideret, indicavit, hosque filios, ut unanimiter fratremque viverent, multis monitis obtestatus, tandem eos pie admodum Senatui commendavit; denique pro tribunali sedens, licet abhorrentibus, qui aderant, & lætiora precantibus, sese ad mortalitatis terminum pervenisse, iterum iterumque professus est.

Apollonius Ægyptius Cajo Caligula mortem prædixit, qui eam ob causam Romam missus, ad Cajum eo die perducus est, quo ille mortem erat obiturus: certissimo nimirum vitæ periculo, nisi Caligula paulo post interfecisset, exitu funesto prædictionis certitudinem comprobasset.

Sulla Mathematicus, Caligula consulenti de genitura, & fatorum cælestium arcana ab ipso exquirenti, certissimam necem instare affirmavit.

Thrafilii Filius Neroni imperium prædixit, quemadmodum Pater ejus Tiberio; sed alii Mathematici ex ejusdem genitura multa & formidolosa ei vaticinati sunt.

Cum Nero Babylum Astrologum de crinita stella, quæ ante mortem ejus orta erat, consuleret: Astrologus respondit, summis potestatibus exitum portendere solere. Hic, ut fatum averteret, multos claros viros sustulit.

Agrippina mater Neronis ab Astronomia edocta, filium suum Neronem imperatorem, sed ipsam necaturum, fertur exclamasse: Interim, dum imperet. Xiphil.

Selenus Mathematicus Othoni superlente Nerone promisit imperium, cum ille tamen esset ex familia Cæsarum, & Augustorum.

Vitellius Astrologos se Imperatorem futurum affirmantes irritis, existimans, nequaquam se tanti fore. At idem cum Imperator factus, Astrologos expelleret ex urbe, ediceretque, ut intra certum diem à se constinuum ex Italia discederent, Astrologi contra in tabulis diem de nocte præscriberent, intra quem excessurus esset è vivis; quod etiam sic accidit. Svet.

Vitellii naturam ex genitura prædictam à Mathematicis, ita parentes abhoruerunt, ut pater magnopere semper contederet, ne qua ei provincia se vivo committeretur: mater appellatum Imperatorem pro afflictio statim lamentata sit. Nam paucis mensibus post minutissimis ictibus excarificatus est.

Josephus scribit, Judam Essæum, qui nunquam divinando aberravit, neque mentitus est, Antigono Joannis Judæorum ducis filio prædixisse locum & diem, in quo illi fato fuerat destinatum mori. Sed Antigono transeunte templum exclamavit: Pater! nunc mihi pulchrum est mori, quando meam prædictionem mendacium deprehensum est. Venit enim Antigonus, qui hodie debet occidi. Locus autem ejus necis erat apud Stratonis *σπηλιον*, & ille quidem sexcentorum abhinc stadiorum intervallò distat: hora verò diei sunt quatuor, ita ut vaticinationis tempus effluerit. Hæc locutus senior, mæsto vultu, & mente sollicita multa secum reputabat: Sed paulo post Antigonus interfectus est alio loco subteritano, eodem nomine, quem prædixerat. Ac ita de situ loci tantum aberravit.

Idem Josephus l. 15. c. 12. scribit: Erat quidam Essæus Manabemus nomine, cum alias vitæ honestæ, tum verò divinitus etiam concessum habens donum fatidici spiritus. Hic conspicatus Herodem puerum, ludum literarium frequentantem, Regem Judæorum salutavit: Ille putans se rideri, correxit ejus verba. Tunc Manabemus subridens: Imò regnabis, inquit, & feliciter dominaberis, at memor esto Manabemi verborum, quæ te fortunæ mutabilis admonent.

Josephus omnem doctrinam Judæorum edoctus, in qua Astrologia non fuit minima, ut supra ostendi: Vespasiano patri & Tito filio non solum eos terrarum dominos futuros, sed etiam se à captivitate liberaturos, constanter affirmavit, & ut tanto magis fidem sibi adhiberent, vinculis se custodiri, usque dum prædicta evenirent, petiit. Cum autem non-

nulli ex Vespasiani intimis dicerent, illi non adhibendam fidem, qui suam propriam captivitate ignorasset, ipse verò affirmavit, se ante prædixisse. Quare de e re Vespasianus inquirens, ita esse invenit. Ergo illi fidem habuit, sed tamen custodia, usque dum prædicta evenirent, tradidit. Postea verò cum Imperator factus esset, cum libertati restituit, Josephus de seipso, vivente & sciente Cæsare Vespasiano, hæc scripsit, cui mentiri capitale fuisset.

Vespasianum convenit inter omnes de sua futurorumque genitura, tam certum semper fuisse, ut post assiduas in se conjurationes ausus sit affirmare Senatui, aut filios sibi successuros, aut neminem: & cum filius Domitianus apud eum cerneret, & fungos tanquam venenatos vitaret, inuisillum pater, dicens, à ferro esse cavendum.

Asclerion mortem instare Domitiano se dixisse confessus est, & sibi nempe fore, ut à canibus brevi laceraretur. Quem Domitianus cremari sine mora, ad coarguendam artis temeritatem, ac sepeliri accuratissime imperavit: sed repentina tempestate diruto funere, semijudi canes discernerunt. Quo audito, Domitianus valde perturbatus mortem timuit, quæ illud subsæcra prædico fecit. F. Dion. Fulgof.

Testante Suetonio, Domitianus annum diemque ultimum vitæ suspectum habuit, horam etiam, nec non genus mortis: Adolescentuli enim Chaldæi omnia prædixerant. Cum itaque fatalem horam metueret, ac præteritis periculis tempus putaret, & sciscitanti ipsi horam, insidiatores cubicularii ex industria sextam pro quinta, quam metuebat, nunciaverunt. Sed egressus cubiculo, deinde reversus, ab insidiatoribus exceptus, septem vulneribus traditus est. Dion.

Larginus Proculus publicè prædixit, in Germania Domitianum, quo die excessisset è vita, moriturum: & quoniam ob hanc causam ab eo, qui provincie præerat, Romam missus introductusque est ad Domitianum: tamen id ita etiam tunc fore confirmavit. Idèoque capite damnatus est: Sed dilato supplicio, quo tum demum afflicteret, cum ille periculum effugisset, necatoque tandem Domitiano, salvus evasit, & à Nerva successore 4000. aurorem accepit.

Idem pridie, quam periret, cum oblatos ruberes servati jusserit in crastinum, addidit, si modo illi licuerit: Et conversus ad proximos, fore affirmavit, ut sequenti die Luna in Aquario cruentaretur, factumque aliquid existeret, de quo homines loquerentur per terrarum orbem.

Domitianus exploratis diebus & horis, in quibus principis viæ nati essent, perofque insulter, ut Tiberius etiam, qui regiam genefim haberent, ac inter eos etiam Melum Pompejanum.

Nerva vix mortem effugit, idè quòd ab Astrologis Domitiano delatus fuit, quòd imperatoriam genefim haberet. Cum autem unus ex illis affirmaret, eum non diu victurum, evasit. His prædictionibus respondit eventus. Nam Nerva paulo post Imperator factus est: & vixit tantum in Imperio 13. menses, 10. dies. Er fuit Eclipsis Solis eo ipso die quo mortuus est. Aurel. Victor.

Ad Nervam Apollonius scripsit: Nos, o Rex, & quidem brevi, simul erimus, ubi neque nos alius, neque alii nobis imperabunt. Sciebat enim, sibi citò è vita migrandum esse, & Nervam per breve tempus imperatorem. Et quamvis multi Apollonium Nigromantiam insimularet propter Philostrati falsam de illius vita relationem, tamen constat ex Hieronymo & Eusebio, illum Philofozum fuisse, & natales dies, & circularis motus doctrinam observasse & calluisse.

Martialis, qui vixit tempore Domitiani, in epigrammate de Cinna quodam scribit, illi mortem fuisse prædictam:

Dixerat Astrologus periturum te cito Cinna,
Nec puto mentitus dixerat ille tibi.
Nam dum tu metuis, ne quid post fata relinquas,
Hæcisti patrias luxuriosus opes.
His quatuor decies non toto tabuit anno,
Dic mihi non est hoc Cinna perire cito?

Adrianus Imperator, ut supra dictum est, in juventute singularis prædictionis Astrologica fecit, ita ut sibi omnium dierum usque ad horam mortis futurus actus ante præscriperet. Et in Messia etiam ab Ælio Mathematico de futuro imperio prælagium accepit, cum privatus adhuc esset.

Gov-

A Gordiano Seniori, Proconsuli in Asia, Mathematicus prædixit, ad imperium ipsum perventurum: & cum Gordiano verbis suis non habere fidem perspicere, artis suæ libris, atque instrumentis per rationem omnia, quæ dixerat, probavit, adeò ut fidem apud eum etiam experimento ipso sibi fateretur. Etenim omnia, ut prædixerat, juxta tempus designatum evenerunt. Bapr. Campofol.

Ægyptius quidam paucis ante diebus palam dixit Antonio, ipsum non diu superfluum fore, ac Macrinum ei successurum.

Quidam vates in Africa prædixit, Macrinum, & ejus filium Diadumænum regnaturum.

Scriptit Lampyridius, prædictum fuisse Heliogabalo, ipsum violenta morte interiturum. Nam si luna, inquit, se applicuerit Saturno deficiens, lumine facit biathanaros; quod quidem sic accidit.

Severus Imperator in Africa ex Mathematicis didicit, quæ sibi essent eventura, antequam ad Imperium perveniret. Quare factus est insignis Mathematicus, & prima conjuge Marcia mortua, noluit aliam quam Juliam ducere, quòd sola ex multis oblata regiam genefim haberet.

Dion scribit, Severum civisse, seque Britannia non reversurum esse, quòd maxime cognoverat ex stellis, sub quibus natus erat. Id enim in Palatio scriptum in laqueatibus edium reliquit, ita ut ab omnibus videretur.

Herodanis lib. 2. hæc de Severo tradit: Addebant præterea spem somnia quedam & oracula, cæteraque futurorum prælagia, quorum pleraque ipse in libris de vita sua conscripsit, ac publicè in tabulis pictis dedicavit.

Alexandro Severo ad Germanicum bellum eunti, Thrafilus Mathematicus illi amissionis prædixit, ipsum barbarico gladio interficiendum. Quod ita contigit. Nam antequam in conspectum hostium perveniret, à Germanis militibus interfectus est. Lampyridius.

Leo sive Leontius Atheniensis Philosophus, filiam suam magna fortunæ compositem fore ex arte colligens, illi tantum centum florenos legavit, addita causa, quòd tertium ei suffectura esset opes: reliqua bona filia reliquit. Illa dolens Imperatori per Pulcheriam sororem talia conquesta est, cui ita placuit, ut ad connubium ejus perveniret, & conjux Theodosii Valentiniiani fratris facta, baptizata, & Eudoxia nominata sit. Zonaras.

Zenoni Imperatori, cum is morte multasset Harmatium, qui fraudulenter se proditorum heri sui declaraverat, simulque promissio satisfecerat, quòd ejus filium Cæsarem renunciasset, & non multò post illum per vim Cyzicorum pontificem inaugurari mandasset, contigit, quòd illi prædictum ab Astrologo aliquando fuerat, ut imperator imperio paulo post moreretur, & conjugem suam una cum imperio viro cuidam (senatori ordinis relinqueret. Hoc in memoriam sibi revocato, complures senatores præsertim illustres necidit. Verum inexpugnabilem divinæ providentiæ vim nemo mortalium unquam coarguere ceu vanam, & inefficacem poterit: Quippè cum Zeno vitam cum morte commutasset, Imperiumque reliquisset Romanum, ad Anastasium id pervenit, qui cum Ariadna imperatrice matrimonium contraxit. Glycas.

Justinianus Cæsar eiecit à Leontio, & truncatis auribus & naso in exilium missus est: Huic prædictum fuit ab Abbate in Ponte, illum iterum fore Imperatorem, quem postea, cum deinceps ad imperium pervenit, Patriarcham Constantinopolitanum illico fecit.

Paulus Monachus insignis Astrologus Leontio imperium promiserat. Is Leontius cum esset carceri inclusus, irrita objicibat promissa Astrologo in sententia permanenti. Leontius perfracto carcere ad imperium pervenit, quòd ultra tres annos administravit. Zonar.

Duo Hebræi Astrologi Leoni puero adhuc dedito disciplinis, & Astrologiæ ignato, Romanum Imperium promiserunt, quòd post nonum annum consecutus est. Is contra illis promissis, se imagines abolerit, quòd etiam præstitit. Anno Domini 727.

Pantaleon Synnadenis Metropolitæ, Astronomica imbutus scientia, à Leone imperatore accessit, cum sub idem tempus defectus Lunæ maximus esset, ut ex eo deliquit ejus, quis futurus esset effectus, cognosceret: eum ad Imperatorem intrantem Samonas perunctus est, cui nam advetæ portenderentur? respondit, Tibi: Si autem 13. Junii diem superaveris, nihil mali tibi eveniet. Ab Imperatore B. T. theat. ou. Human. Tom. 1.

torè de eadem re interrogatus, proximo ab Imperatore denunciari malum dixit. Paulo post Samonas proximus regis ante Junii diem, quem prædixerat, ex aula in Monasterium detrusus est. Zonaras, Glycas.

Michael Traulus Orientalis Imperator, edoctus fuit ex Genefi sua, imperium sibi promitti. Quare Leoni Imperatori adhasit, quo occiso, prætorianorum armis ad imperium adeptus est.

Quidam Astrologus nomine Nicolaus, Constantino Duca mortem prædixit, his verbis, Dromi Logotheta, ante ejus interitum scribes: Nolite timere à Duca, nam temerè novis rebus studebit, & statim peribit. Quod idem etiam Leo Imperator vaticinatus fuerat. Quæ prædictiones veræ fuerunt, paulo enim post in urbe Constantinopolitana tumultu excitato, equo prolapsus præcipitatus, & capite amputatus est. Zonaras, Glycas.

Constantis Imperatoris pater iussit, ut Astrologi infantis Constantis, scilicet recens editi, thema natalitium constituerent, qui præter cætera illi prædicta illud etiam adjuerunt, eum in sinu aviæ Helenæ interfectum iri: at illa mortua est Constantis eluxit, nihilominus est eventu comprobatur, non frustrata Astrologorum prædictione, quamvis obliqua: Nam in oppido, cui de reginæ nomine factum erat nomen Helenæ, interfectus, qui ut vitam perulante egerat, ita miserabilem ejus exitum sortitus est. Zonar. Pompo. Letus.

Constantinus Schetachus occubuit, hasta in inguine vulneratus, vir bonus & suavis, qui Anchiale provincie præfuit: Et quamvis Astrologorum ejus ætatis principes fuit, tamen semetipsum non conservavit, quò minus ferro interiret, nimirum scrupulo aliquo minutissimo deceptus in tentorio manserat. Nicetas.

Julianus Byzantinus, antequam Imperator factus est, habuit somnium Astrologicum Viennæ. Nam ibidem hora mediæ noctis imago quedam splendidior ei dormienti hos versus recitare visa est, idem sæpius repetendo:

Jupiter augustus ubi fines intrat Aquarii,
Virgineoque sinu vicefima quinta recepit:
Portio falsæverum, Constantius Imperator
Regnum Asiæ tristi superatus morte relinquit.

Est autem Julianus, cum planetæ ingressi sunt hæc signa, in Gallia à militibus in Imperatorem electus, & Constantinus paulo post perit. Quod Joannes Homilius Mathematicarum disciplinarum peritissimus deprehendit fuisse Anno Domini 360. 20. die Novembris, quo anno Domini Imperator proclamatus est, Socrate, & Marcellino testante. Estque in hoc somnio animadvertendum, quòd causam illi mortis indicat, nempe Planetas perventuros ad illa loca Zodiaci, & quòd historia & alia, Planetarumque motus cum somnio pulchrè coincidunt & consentiant.

Et Zozimus scribit, Julianum, ubi Naissum attigisset, tamdiu ibi expectasse, donec Planetarum motus ad indicatas partes, in somnio ipsi revelatas, pervenissent, statimque illi à nonnullis equitibus Constantinopoli venientibus indicatum, Constantium mortuum, ipsumque ab exercitu Imperatorem postulatam. Undè constat, Julianum & somnio & huic arti non exiguum fidem adhibuisse.

Agathias l. 4. refert, Saporem regem Persarum esse electum antequam natus sit, & tot annos regnasse, quot vixerit, idque H factum esse ex prædictionibus Magorum, qui affirmabant Reginam matrem vix dum gravidam mortuo rege mactatum & regem enixuram. Proceres igitur periculo facto in prædictione equè pullum generatis, id futurum esse credébant, & nulla interposita mora coronam ventri matris imponunt, & vix dum conceptum pronuuntiant. Haud tamen spes eos fecellit: nalcitur namque non longè post eum imperio Sapores, in eoque & juvenilem agit ætatem, & consenscit, nimirum qui septuagesimum annum exegisset, ubi ad quartum & vigesimum annum Imperii Joviani temporibus Nisibus civitas sub Persarum ditionem, quæ Romanorum fuisset, perveniret.

Ex Augustino constat, Astrologos suo tempore non multum aberrasse, sed multa vera prædixisse. Nam in lib. 6. de civ. Dei cap. 7. dicit: Solent homines ad tentandam peritiam Mathematicorum, afferre ad eos constellationes motorum animalium, quorum ortus propter hanc explorationem domi suæ diligenter observant, eoque Mathematicos præterunt cæteris, qui constellationibus inspectis, dicunt non esse

A hominem natum, sed pecus. Audent etiam dicere, quale pecus, utrum apium lanificio, an vestitioni, an aratro, an custodia domus.

Nam & ad Canica fata tentantur, & cum magnis admirantium clamoribus ista respondent. Et in sine capituli sic ait: His omnibus consideratis, non immerito creditur, cum Astrologi mirabiliter multa verè respondent, oculo instinctu id fieri. Ex quibus clarè liquet, temporibus Augustini Astrologos multa verius, quam nunc, prædicere potuisse, & præcepta harum artium in tam variis bellis diversarum gentium & nationum, in qua Romana & Græca lingua mutata est, intercidisse.

Firmicus scribit, inter alias prædictiones, ex Solis Eclipsi, quæ medio diei tempore accidit, Optariti & Paulini consilium, Mathematicos ex sagaci intentione prædixisse, quid cunctis hominibus paulò post futurum esset.

Idem narrat: Plotinus, cum primò nihil potestati stellarum tribuisset, postea serpente morbo minutæ partes viscerum dilaberetur, & solus superstes animus retinebatur, tandem cum vim fati sentiret, & animadverteret proprio exemplo, quòd finis sibi infaret, quem stellarum ignita indicia decreverant, cunctos omnes docuit, vim potestatemque fatorum stellarumque nulla posse ratione contineri.

Theophilus Imperator, cum à Persis Leo Philosophus ob rerum cognitionem peteret, eumque Theosalonicæ præsidem creavit. Hunc egregie Theosalonicenses coluerunt, propter eam, qua eruditus erat, sapientiam, & absolutam omnium disciplinarum peritiam, sed præcipue illum admirati sunt hanc ob causam, quòd ita ille aliquando fuerit terra, nullumque eo tempore fructum produxerit, ita ut patria relicta multi aliò migrare voluerint, quos Leo consolatus est, asserens, inopia finem impositum iri, & tempus quoddam, quòd stellarum sibi ortus, & lumen demonstraverat, ipsis indicavit, quo in terra semina projicere præcepit. Hoc factò tanta illis fertilitatis auctor fuit, ut in multis annis indigenis præcepta fruges satis essent.

Theodosius Joannem Monachum apud Thebaidem, ob futurorum scientiam celebrem, & cuius prædictione de Maximo opprimendo eventus responderat, de exitu belli adversus Eugenium consuluit, cui ille victoriam pollicebatur, quæ secuta est.

Gauricus scribit, thema urbis Constantinopolitanæ inventum esse à Pomponio Gaurio in Bibliotheca Vaticana, à Valentino Antiochenæ erectum, & illam fundatam fuisse anno post Christum 638. die 2. Maji, hora 2. post ortum Solis. Ex qua vaticinatus fuit, illius infelicitatis tempora fore anno 792. utpote 1430. die 14. Martii, & nihil aberravit, quoniam illa tempestate Mahometes urbem illam cepit, & ex Christianorum manibus eripuit. Quanquam hæc à Zonara pa. 10. aliter referuntur.

Petrus Isidorianus scribit in historia Veneta, Planetarum dispositiones & coelestium corporum figuram sub Jovis aspectu, felicia omnium rerum incrementa denuntiasse huic urbi, his verbis: Atula defuncto, Venetæ populi, qui ejus metu in hæc stagna confugerant, campestribus locis affuerit, consilia agitarunt remigrandi in continentem ad patrias sedes, quas ingenita natalis soli dulcedine adamabant: Sed ex his plurimis antè oculos habentibus barbarorum immanitatem, incendia, fugas, fœdaliaque populationes, quibus antea Radagisus, & Alanicus Gothorum reges, & novissimè recentis memoratæ Atrila Italiam affecere: perpetuum his locis tuioris vitz studio figere domicilium placuit: atque à divinis orti primi illi Veneti pietatis cultores, nascentem urbem templo exornarunt, quod D. Jacobo dicant, medio Rivali foro erexere. Jacta autem felicibus auspiciis civitatis fundamenta, ac tanti imperii incunabula fuisse, Pontificatû Papæ Innocentii primi, & imperante Honorio cum Theodosio Arcadii filio, Anno CCC.CXXI. ad octavam Kalendas Aprilis, circa meridiei horam, in qua planetarum dispositiones & coelestium corporum figuræ sub Jovis aspectu felicia rerum omnium incrementa denuntiabant, ut signis, quæ hic ponuntur, patet coelestibus. Nam à Septentrione in Zodiaco Taurus, Arias & Pisces dominantur: ab Austro Virgo, Libra & Scorpio: ab Oriente Aquarius, Capricornus & Sagittarius: ab Occasu Leo, Cancer & Gemini.

Neminem autem later, quanta fuerit, & adhuc sit, amplitudo imperii urbis Venetæ, quot ditiones, comitatus, oppidaque teneat, & quòd mirandum est, nunquam fuit captus,

& nullam unquam habuit seditionem popularem, quæ statum Reipub. mutavit, cum duraverit in annum 1624. Ann. 1200. quamvis à paucis annis multum in splendore defecit, & negotiationum commercii, ex quo scilicet Apostolice Sedi se opposuit.

Lucas Gauricus etiam computavit Venetorum urbis ædificationis figuram, & dicit eam ædificatam Anno Domini 421. die 23. Martii, hora 17. Minut. 43. in meridie: ponit in Oriente 25. gradum Cancræ: Solem in medio cœli in Arietis 4. gradu, Lunam 14. Geminorum: Saturnum in 27. Virginis: Jovem cum Mercurio in 13. gradu Piscium: Martem in 14. Libræ, Venetum cum capite Draconis in 6. gradu Tauri: & addit hanc civitatem felicissimam fore (exceptis bellis propter Martem in suo casu) quia habet Solem Aphetam in suo throno, & cœlorum culmine partiliter supputatum. Et addit, Senatores domini sceptrâ administratos usque ad annum Domini 1888. vel circiter. Sequens ætas videre poterit, an vera dixerit. Differunt hi duo auctores invicem de ortu Venetiarum, non in annis, sed diebus.

Enarrata sunt quædam supra de figura urbis Romæ, quæ huc quoque commode referri possunt.

Vates erant Dositheus quidam, Studientis Monachus, Venetiis oriundus, qui Isaacio, cui familiaris erat, privato adhuc imperium prædixerat, quæ prædictione eventu comprobata, summo honore, & auctoritate apud hunc Imperatorem florens, Hierosolymorum Patriarcha, post Leoniti viri eruditi, & virtute celebris obitum, designatus est. Nicetas Abdalæ patri Mahometis magna intercedebat familiaritas cum Judæo quodam Astrologo, qui se ex astis cognovit affirmabat, infantem natum fore magnum imperio, & legis scientia (utinam ea prædictio falsa fuisset, sine dubio minus jam laboraremus.) Philop. Lonicærus.

Heraclio Mathematici prædixerunt, magnum ipsi & Imperio imminere periculum à circumcisio populo, & ut dicitur proverbio: stellarum influxus facilius prævideri, quam præcavari posse: ita hic cum Judæos timeret, Saracenis illo ob negata stipendia defecerunt, Arabiamque cum nonnullis locis in Ægypto occuparunt, Mahometique legem, & sectam invenerunt, quæ denique finem Imperio Byzantino attulerunt, & nostro Imperio adhuc imminet.

Adelbertus Archiepiscopus Bremensis, Frederici Palatini frater, gubernator aule Henrici quarti Imperatoris, habuit apud se Nothealdum Astrologum, qui multa ipsi vera prædixerat, in eo tantum deceptus, quòd calculo subducto pronuntiaverat, ex morbo quo perit, illum non moriturum. Adamas Canonicus Bremensis.

Joachimus Abbas, vaticinandi peritia petecelebris fuit, an Astrologus, incertum, sed hoc constat, quòd Gallorum & Anglorum reges contra Saladinum arma moverent, ad eos eventum belli prænoscere cupidus perducus, utros eos, sed parum profecturos respondit, quòd non ditam bellum sua fata appeteret, nec tæte sanctæ recipiendæ dies illuxisset. Chalcocondyla. Emilus.

Rogerius, ut mos est regibus, cum rerum futurarum penoscendarum cupiditate incenderetur, eundem Joachimum Abbatem ex Italia in Siciliam accessit, utque præfagivit, ex Constantia filia, si nupsisset, funestam Italici facem exorturam. Quocirca etsi non desisset, qui Regi Constantiam veneno perimendum consulerent, Tancredi tamen non in consilio in sacro Salvatore Panormi educata est, & monacha facta. Sed cum decretum fatidicum humano consilio impedire fatigat, in illud incidit. Nam Henricus quintus Imperator eam à monasterio eduxit, & Fridericum secundum in senectâ ex ea genuit, qui ambo maxima bella in illis oris gessere, & Tancredi progenies ab his decisa est. Hylber. Sicula.

Gulielmus Rex Siciliæ, primi regis Siciliæ Rogerii filius cum sciret Tancredum fratris sui filium Astrologis rationibus dies tam obfessis quam obidentibus utiliter prævidere, ipse quoque cum Astrologis suis diligentius attendebat, indicans familiaribus suis diem, quo descensurus ex præviderat, ut adversus eorum repentinas eruptiones exercitum præmuneret: Sic hostium impetum tantò facilius sustinuit, & artem, quod dicitur, arte delusit.

Joanni duci Burgundiæ, Caroli V. regis Franciæ fratri, qui à Bajazete captus, & ducuntur millium auroreum precio redemptus fuit, prædictum est ante illud bellum ab Astrologo, Turcarum fore victorem principem, qui ignem in pedore gestaret, quo allusum est ad insignia ferri excusorij cum silice. Quapropter in hujus rei memoriam cate-

A catenam tali forma, annexa aurei velleris effigie, quòd iis locis exulasset, in quibus fama est Janonem & cæteros Græciæ principes aureum vellus quævisse, fieri curavit, & ordinem quo Hispanica & Austriaca familia hoc nostro tempore utitur, instituit. Carion.

Magister Christianus, Astrologus Pragensis, Ladislaum Jagellonem Regem Poloniae per sacerdotem præmonuit, ut mortem sibi imminerent præcaveret, quòd multi Planetæ hoc anno conjungerentur, & fieret Eclipsys Jure sub terra: mortuus autem nihilominus est eo anno, qui fuit annus Domini 1434. anno ætatis 49.

Joannes Picus Mirandulæ comes edidit librum adversus Astrologos: hi (inter quos fuerunt Bellantius Senensis, Antonius Siragatos Florentinus, & Angelus de Catafivis Carmelita) ut artem veram offenderent, illum annum ætatis 33. non transgressurum prædixerunt, ex directione ascendentis ad Martem, quem admodum ex scriptis hinc inde editis constat.

Bellantius lib. 5. figuram Responsionum contra Picum sic scribit: Nec unum tacendum videtur: complures autem sunt Florentiæ testes fide dignissimi, quibus inspecta Hieronymi Savanorolæ gentitura: quinque antè ejus jacturam menses, dum florebat, vitam laqueo terminaturam prædixi. Is quantum crematus, tamen prius fuit strangulatus.

Bartholomæus Chalfanzus audivit, ut ipse narrat, Mediolani, quòd eximius Astrologus dixisset Duci Mediolanensi Galeatio Mariæ Vicecomiti, ipsum ex vulnere periturum, quòd esset ei proprius Vasallus inflictorum, Astrologus interrogatus à Duce, quò mortis genere esset ipse interiturus: qui non respondisset, se in publico interceptum iri ex trabe liqui cadente: Dux ita accensus ipsum mox decollari jussit, ut ex rei eventu cerneret, Astrologicum artem esse falsam. Cum interim pararetur locus, & campana solito more pulsaretur populique concurrisset, & ipse traditus executori, ad locum supplicij deducere, exeundo palatium sub porta magna, quæ est antè Ecclesiam Cathedralem, cecidit turris, quæ dictum Astrologum cum aliis interfecit. Et Dux Mediolanensem in festo S. Stephani, & in Ecclesia ipsi sancto dicata Mediolani, unum verso affante populo, & ipsius alicui, interfectus est à proprio Vasallo: & sic prædictio Chalfanzæ de proprio exitu, & de morte principis vera fuit. Etsi principes voluerit prævenire fatum, ut Domitianus Aletariotinus, tamen non potuit, & est in his exemplis quædam similitudo, nisi quòd Aletariotinus corpus à canibus statim post mortem dilaceratum est.

Presbyter quidam Astrologus Galeatio Sfortiæ horrendam mortem infare minatus est: quo occiso, ille multis vulneribus paulò post interemptus est. Cardan.

Joannes de Lignano tempore Martini V. Papæ prævidens ex gentura Filium cruci affigendum, volentique fatali genere dispositioni succurrere, cum facris initiari, ac apprimè erudiri fecit. Sed ne sic quidem prædictionem evitavit. Nam cum eum convices sui ad Martinum Papam ablegassent, rediens domum, propter legationem nõ fideliter tractatam de nocte à Magistratu Bononiensi suspensus est: quem cum elucescere die pater pendente vidisset, deploans, inquit, Eheu filmi, tu infelicissimum fatum nec humanis literarum administriculis, nec divinis mysteriis superare potuisti.

Franciscus Maria Ferraricus Astrologus, Jacobo Picenno dignitates, connubia, annum, diem, & horam mortis prædixit, qui à Rege Ferdinando Arragonio occisus est.

Ladislaos rege Ungariæ ac Bohemiæ, Alberti Imperatoris filio, cum insigni pompa equestrium pedestrumque copiarum Pragm introeunti, nuptias ibidem cum Carola Galliz regis filia celebraturo, Nicolaus quidam ex eorum numero, qui pronuntiandi scientiam ex decretis aistorum profertur, malè fastum ingressum, planque stellas Crinitæ regibus horrendæ, quæ eodem anno apparuit, congruentem pronuntiavit: quòd vaticinium apud paucos curam, apud reliquos ritum, velut vanitate plenum, excitavit, omnique sollicitudo omnium, ac maxime regis intenta fuit in apparatum nuptiarum: sed rex paulò post morbo correptus, post sex & triginta horas, quam ægrotare cepit, animam efflavit & sic vaticinium Nicolai merito tristi completum est. Joan. Dabr. Episcopus in hist. Bohemica.

Hieronymus Cutica ob prædictiones veras pulsus est à Gallis in exilium ab urbe Mediolanensi. Cardan.

Fridericus II. Imperatoris Astrologus ab eo interrogatus, cur tantum honoris Rudolpho Habspurgensi Comiti pauperi in aula sua tunc verianti exhiberet, respondit, Mortuus L. B. Theat. vita Human. Tom. 1.

tuis filiis, quorum adhuc decem superiunt, ipse & posteri E ejus ad tua regna pervenient. Auctor Albertus Argentinensis, quòd exitus ipse probavit. Nam anno Christi 1273. Cal. Octob. Rudolphus à Germanis principibus Francofurti in regem Romanum eligitur, cum Basileam obfideret. Et hodierno adhuc die videmus, Rudolpho posteros regnum Neapolitanum, & ducatum Austriæ & Sæviæ, unà cum imperio & regno Neapolitano, obtinere. Modernus enim Imperator Rudolphus ab eo nomen, & ditiones hereditario jure accepit, & Philippus Hispaniæ rex ex eodem natus, regnum Siculum & Neapolitanum nactus est.

Cuspinianus scribit, narrasse sibi Georgium Thursum, virum speçtate fidei, & regni Ungariæ Camerarium, quòd Matthias Mechovita singularis tam in medendo, quam prognosticando eruditionis vir, Montium egressuro regi Poloniae Sigisfrando, ut Casarem Maximilianum conveniret, qui Cracovia 5. Martii discessit, prædixerat ipsum neque visurum Casarem, neque expediturum quippiam, nisi commodius tempus expectaret. Quòd cum miraretur rex, ut erat animi inconcussus, & firmi, constantissimè perseveravit in proposito: Eundem, inquit, quò Deus & fortuna vocat, promissum ratum servabo, nemo me à proposito abalienabit. Videbo Casarem, & fratrem conveniam. Interim per quosdam secretarios mandat, ut diligenter à Mathia inquirat, seriò ne an joco locutus fuisset. Afferit idem, regem non visurum Casarem, nisi expectare velit Junium, ante festum Divi Joannis Baptistæ cum cum Casare omnino non collocurum. Nihilominus tamen exivit Rex, & cum tam longa mora traheretur, sæpe illius prædictionis memor fuit. Hoc idem Mechovita Andree Thesaurario perscriptum. Quòd & evenit, decimo sexto enim Julii post longas tractationes & moras, Imperator & rex sese invenire primum viderunt.

Maximiliano Imperatori à Mathematico Georgio Tansfetter mors prædicta fuit sex annis, antequam ei contigerit, propter Solis eclipsum, quæ antè mortem ipsius accidit anno 1518. 7. die Junii, cum ille Januarii die 12. obijt. Cuspe. Scooterus.

Andreas Medicus & Astrologus Flandris prædicti mortem Caroli duci Burgundiæ, & Jacobo III. regi Scotiæ, ipsum à propriis subditis interfectum iri. Buchananus sic ea refert lib. 12. Anno 1567. Legati ad Carolum Burgundiæ ad sedandam mercatorum querelas missi, cum in Flandriam oppulissent, ibi comiter accepti. Ab eis aliquando forte fortuna invitatus, ut una cœnaret, Andreas quidam medicinæ professor, & qui magnam Astrologicarum prædictionum habere putabatur peritiam, & audita eorum adventus causa, seductos occultè admonuit non esse, cur magnopere festinarent. Intra paucos enim dies certum de duce nunciium affuturum. Nec prædictioni defuit eventus. Nam intra triduum est renunciatum, ducem exercitû profugato ad Nancæum Lotharingiæ oppidum ab Helvetiis esse interfectum. Ita illi rebus, ob quas profecti erant, infectis reversi, cum apud regem, Andree de rebus futuris prædiciam, mirè laudassent, animum ejus in eas artes proclivem impulserunt, ut magnis sollicitationibus hominem ad se accerteret, ac non ita diu postea adveniente benevolè exciperet, & opulento sacerdotio aliiq; muneribus donaret. Ab hoc rex accepit, sibi à suis exitiù imminere: quòd evens deinceps cõprobavit. Buchananus.

Jacobo Moraviæ Comiti, Maria Stuartæ reginæ Scotiæ fratri notho, cum Prorex Scotiæ eligebatur, qui divinantiam scientiam sibi arrogat, diem præfimerunt, inter quem inimici illum esse interfecturi: qui circa id tempus ex insidiis globulo plumbeo propè renes transfusus, 10. Calend. Februarii, anno salutis patæ 1571. ex vulnere obijt. Buchananus.

Ricardus de rebus Hybernicis: At tenendum est hoc loco, unum insigniter diem Hybernicis infestum, & quasi fatalem illuxisse. Limmericum die Martis Britanni expugnabant. Die enim Martis Guesfordia fuit dedita: Die Martis V. Waterfordia ab obfessoribus occupata: Die Martis Dubliniensis civitas armis oppressa.

Hæc quidem notatio unius diei, & observatio divinantibus, qui bonis natalibus prædictis sunt illigati, magnam disputationis materiam daret. Martis majestatem ius prædictiæ die castris fataliter dominari.

Guido Maltraverfus Patavinus Comes Lucii vici Patavini ex Constantia filia Obicij, Marchionis Estensis filium habuit Nicolaum, quem Jambonem Andree perniciosum patriæ civem fore prædixit, & Guidonem tantum movit, ut eum exharedate voluerit, nisi amici obfissent. Nicolaus opibus & gra-

A & gratia potens in patriâ perniciem, cum Cane Scaligero conspirat, undè bellum ortum, in quo ultra centena hominum millia occisa fuerunt. Sic verum fuisse Jamboni vaticinium, exitus ipse probavit.

Cominus scribit, quòd Episcopus Viennensis multò ante prædixit Ferdinandum nomine ultimum fore regem Neapolitanum, cum Alphonfus Rex cum Friderico filio novendecim annorum juvene adhuc viveret, & Rex esset. Quare Ferdinandus ultimus promissus in Cominato quotannis, si Rex fieret, 200. Coronatus.

Guido Bonatus, Foroliviensis Astrologus, sub Martino IV. Guidoni Montis Ferrati Comiti diem prædixit, quo si Forolivio egressus astu invaderet hostes, eos superaturus ac victoria potiturus, sed in coxa vulnus accepturus esset: Atque ut Guido comes sermone fidem haberet, ipse egredi urbe una cum Comite, & interesse pugnae voluit, stupaque ova & alia, quibus vulneri nondum factò opem ferret, secum extulit, securoque pugnae, ac victoriz eventu, quem prædixerat, vulnus Comiti illatum est.

Idem Guido civibus suis, qui adversus pontificem bellum gerebant, horam pugnae assignavit, in qua pugnantes victoriam reportaturi essent: nec fellit eos. *Volater. lib. 21.*

Idem ordinavit horam, qua plebs Sicula Francos, qui inibi erant, adiret, & superior evaderet; & ita accidit. Condicta enim die & designata hora, omnes Galli qui in Sicilia erant, maclati sunt. Undè Vespere Sicula. *Mach. hist. Flor. 1.*

Auctor libri *Germania exegeseos* scribit, viros existere in Germania Mathematicæ disciplinæ doctissimos, Joannem Terdog de Hasfort, Joannem Stöffler Justingentem, Tubingenium Astronomum, Joannem Reinger, Joannem Schenon Bambergensem, Tabium Cæsaræ Majestatis à secretis, & plerosque alios magni Mercurii comites, qui in totius naturæ mysteriis adoleverunt, & vero prælagio noverunt, τὰ ὅρα, & τὰ ἀόρατα, ὅρα ὅρα, id est, quæ sunt, quæ fiunt, & quæ futura trahentur.

Manilius Antonius, Sixti quarti & Julii Pontificis Maximi cubicularius, vates verus fuit, fatoremque prædicti multa vera prædixit.

Seraphinus Medicus & Astrologus febris correptus, prædicta die & hora mortis obiit.

Joannes Moyses Astrologus, sibi & uxori verum tempus mortis prædixit, referente Joanne Cratone Medico quondam Ferdinandi Imperatoris, cujus dictum est: Quòd fatalis pictura fit in cœlesti tabula.

Jacobus Mutius Arendula Sfortia Dux Clarissimus, ex quo ducum Mediolanensium ultima familia orta est, editum est utero Matris die Martis 5. Calend. Julii sub auro, anno à partu virginis millefimo trecentesimo & sexagesimo nono, ex cujus genitura Mathematici præcellentem siderum positum, & sedes conspicati, ei magnum imperium, immortalem gloriam, felicemque sobolem prædixerunt; idque demum subjunxere, eum nequaquam exacta ætate, & morte quidem repentina moriturum, quæ omnia acciderunt illi. Nam dux militum summus factus, excellentibus posteris relictus, in cœnoio vado equo quanquam insigni posterioribus curibus deficiente submersus est. Hic tribus vicibus ante mortem captus est, semel manibus hostium, bis inimicorum fraude. *Jovius.*

Brachius semper adversarius Scotia, & contra quem Sfortia cum grandi exercitu contendebat, cum submersus fuit hujus fortissimi viri casum, postquam invidia decesserat, humaniter indoluit, nec instantis belli periculo liberatus, alacriorem vultum militibus ostendit, utpotè qui fatalis arcani conficius, ab Astrologo didicerat, Sfortiam violenta correptum morte accessurum quidem, sed paulò post, & ipsum pari veluti forte eundem fortunæ exitum habiturum.

Erat Brachius Sfortia natu major octo mensibus tantum & novem diebus, ita ut Mathematicorum discipline ex utriusque insignis viri casu magna fides astrueretur. Vix enim quintum supervixit mensium, cum ad Aquilejam per tredecim menses frustra oppugnatam obsessamque, memorabili tandem prælio, Sfortiani militis gladio superatus ac interfectus, & siderum & multorum vatum fidem impleret. *Idem Jovius.*

Franciscus filius primogenitus Sfortia, in quem (ut Jovius scribit) ab admirabili quodam siderum concursu, cuncta humanae felicitatis ornamenta, virtus & fortuna contulerunt, natus est anno à partu virginis uno, & quadringentesimo supra millesimum, decimo Cal. Augusti, cum Sol occideret. Ex hoc tempore Astrologi felicissimum ejus fortunam, E & vitæ transtulit tenorem indicarunt.

Petrus Leontius Spoletanus, Medicinæ & Astrologia peritissimus, cum sibi fuit mortis periculum in aqua potendi cognosceret, à Patavio Venetiisque in Umbriam & Spoletum migravit, ut frequentes navigationes effugeret. Mox ubi ad Laurentium Medicem vocatus esset, & ex astrologia morbum salubrem prædixisset, omnemque benè gerendæ rei occasionem pratermississet, à Lazaro Placentino illustri medico (qui à Ludovico Sfortia Ticino missus, sera afferebat remedia) reprehensus, atque ad eò omnibus in visus post mortem Laurentii, incertum, an desperatione actus, an illata vi à Petro Laurentii filio, in proximè Caregio villa puteum præceptus datus mergitur: In principis Florentini morte prævidenda calculi fortè aut judicii errore deceptus, in sui ipsius fato cognoscendo vates nequaquam falsus.

Post Julii II. Pontificis mortem, cum Joannes Cardinalis modicis itineribus Romam contenderet, Erasmus Germanus subtilissimus Mathematicus, pridè quam urbem intraret Joannes, in corona nobilitum neminem fore Pontificem ex his Cardinalibus, qui in urbe esset, audacissimè prædixit. Ferebant etiam, Marfilium Ficinum, qui eximie auctoritatis fuisse Astrologus, ex fortunata & regia genefi, ei sacrorum principatum, quem adhuc puer esset, nec planè sacris initiatus, omnino detulisse. *Jovius lib. 3.*

Seraphinus Mantuanus Monachus, Astronomus & Chirromantia peritus, eidem Joanni Mantuæ in Monasterio Monachorum, illum futurum Pontificem prædixit, cum esset juvenis annorum 37. & pauperissimus, paulò ante liberatus ex captivitate, & utroque oculo fere orbis, ita ut ipse Joannes talia feli eventura nequaquam speraret, aut crederet. Paulò autem post electus, & Leo X. est nominatus. Hic Monachus vocatus Romam, cum esset Leo in Pontificem electus, maluit in suo monasterio, quod reliquum ejus vitæ transigere, quam Romæ esse. Leo itaque decimus quadringentes coronatus annuatim Monasterio decrevit. *Gauricus.*

Benedictus Borbonius, Astrologus peritissimus, & admirabilis quodam divinationis munere præditus fuisse perhibetur. Qui aliquando seu natura, aut divino quodam furore, vel potius felici quodam casu in eare, (ut audivi ex his qui hominem notant) admodum excelluit, vera multa in futurum prædicens. *Auctor Bernardinus Schardeonius.*

Cum Muleasse Rex Tunetanus à filio captus & excecatus esset, Abimelech ejus Germanus frater, qui apud Numidas exul erat, à Tovarte Caroli V. Præfecto in Gulero ad spē regni evocatus, confusus Namidarum Principis opibus, & Astrologis prædicentibus jam pridem, eum regem evasurum, & in regia Tuneti moriturum, feliciter rem aggressus, regnum in suam potestatem redegit, & paulò post vitæ excedens, regio funere elatus est, ut illi prædictum erat.

Paris Mantuanus, Paulò III. Pontif. Max. prædixit annum Pontificatus sui, & vitæ terminum, quando annum octingentesimum primum egressus esset, quam ætatem Pontifex affectus est. Constat hoc ex *Epistola Mantuanæ* ad Farnesium tum Cardinalem, inventa in arcanis occisi Principis Petri Aloysii, Pontifex adhuc vivente, edita à *Cardano.*

Detheleus Reventlovius, nobilis Hollatus, prædixit Friderico I. & Christiano III. gubernationem regni Dania, ac Norvegia, & diverts victorias, cum regna ista Christianus II. gener Philippo Regis Hispaniarum adhuc teneret. Quemadmodum & tempus horum filiorum, quo die essent flaccituri, & cujus sexus essent futuri, statim post conceperunt.

Idem Andrea de Barbi, Episcopo Lubecensi, dignitatem, genus mortis, annum & mensiem denunciavit, qui obiit anno Domini 1559. die 12. Augusti, ut exemplar schematis, & judicii sui propria manu scriptum testantur, quod in Bibliotheca Ranzoviana Bredemberge exstat.

Supradictus Reventlovius, Imperatori Carolo belli exitu, quod gessit cum Protestantibus Electore Saxonie, & Landgravio, prædixit, & profectus est ad eum Gengam versus, in quo itinere perit, aut propter honestum munus, quod à Carolo acceperat, interfectus, aut alioqui ab ignotis, ut fit in bellicis tumultibus, trucidatus.

Gauricus monuit Henricum II. Regem Gallie per litteras, quinque annos antequam moreretur, ut finito 41. anno ætatis vitaret duellum: Altra enim minari vulnus in capite, quod vel cæcitem, vel mortem continuo afferret.

Tomo tertio hist. quæ sub Ferdinando Imperatore con-

tingit.

A tigerunt, scribitur de eodem Henrico II. Gallicis quoque Vates occultè pronunciarat, fore ut ad vitæ regie periculum illa ludicrae decessiones spectarent, id quod jam popularibus quoque sermionibus non obscure jactabatur. Sed Rex neglecto consilio suorum, somnium quoque uxorum, & oracula contemnens, luctuosa omnia exitu comprobavit.

Franciscus Gonzaga, Marchio Mantuæ, à Malvetio Bononiensi captus est, quod paulò post in vaticinio quodam expressè ei prædixerat Gauricus.

Idem Gauricus etiam indicavit Paulo III. illum certo anno Pleuritide laboraturum, aut in aquis periculum vitæ aditurum.

Idem Gauricus Venetiis etiam, ut dicitur, edidit Prognosticum, in quo Franciscum Gallia regem ad hostiles manus perventurum, antequam contigit, affirmavit.

Julian. Ristorius à Prato, edidit prognosticon anno Dni 1528. in quo multa verè prædixit, ut non solum obstupesceret Florentinos & Rom. sed universam quasi Italiam, & utrumque Gallorum & Hispanorum exercitum. *Junctinus.*

M. Marcelli Cervini de Monte Politano patris, Astrologus, videns ejus genefim, Hodie est mihi natus summus Ecclesie Antistes, exclamavit. Gauricus ei prædixit, ante supremos cineres, honores & celestificos maximos adepturum: utrumque factum est. Nam primò Cardinalis creatus est, postea Pont. Max. eique paulò post è visis sublato Paul. IV. est successus. *Onuphrius* hæc ita refert. Marcelli Cervini pater Richard. animadvertit stellarum cursu, qui tum erant cum naleretur, & eorum conjunctione, aut erat ejus artis peritus, summum facorum principatum filio prædixit. Qui quidem persuaasione suæ tantum indullerat, ut cum post multos inde demum annos à civibus suis ad filii ætate jam grandis nuptias incitaretur, eas constanter reculareret, nolle didicissans longè clariorè vitæ status conditionem, quam illi alta portenderet, illis veluti vinculis impediri.

Martianus Delius Danus, constitutus in Oenoponte anno Dni 1551. Philippo Hispaniarum regi figuram nativitatis, Medico Cæsaræ Caroli V. ipsi tempus nativitatis prædicente, & judicium ejus postulante, prædixit, ex Marte in secunda retrogrado & damnato à Luna, Lunaque Cab illo, significari, ei patremque substantiam aliquo modo frangi, & cum haberet Solem in domo cadente, diminue potentiam ejus, cum maxima vitæ esset. Erexit etiam eodem loco & tempore, Carolo Philippi regis filio thema: in ejus expositione italia scribit: Hæc figura in choata est in ipsa conjunctione luminariarum incidentium in tam gravissima loca Eclipsium præcedens anni, ita ut non debito tempore prodierit infans, & mirum, quod ipse unà, cum matre non perierit: raro enim veniunt ad senectutem: & si vivunt, maximas experiantur adversitates: quidam carent viti, quidam audit, alii loquela, ut hic natus: tamen processu temporis mutabitur, non erit tam longævus, quam pater, morietur in adolescentia, post directionem Saturni ad ascendentem. Exemplar schematis etiam invenitur in Biblioth. Ranzoviana, & aliud etiam extare in Hispania apud regios ministros, non est dubium.

Michael Eirzingerus refert, Astrologum quendam, cum Gulielmus Nassovius Auriaci pater, filiorum genituræ ei prolusisset, & de singulis judicium ipsius exquirens, eam que est Auriaci, pervegitasset, dixisse multa quidem eum moliturum, sed mortem fore violentam. Natus autem est anno Dni 1533. die Aprilis 13. hora 14. minuto 12. eique Aequarii gradus ascendit.

Idem etiam ipsi Cornelium Gemmam & alios Astrologos prædixisse, Eirzingerus scribit. Est autem anno 84. die 30. mens. Julii, tribus plumbeis globulis, è parva bombardâ, à Nobili Burgundione, Balhafaro Serac, Aulae suæ familiaris, emissis, Delfis in Hollandia, vitæ privatus: postquam religionis catholice defertor, caputque Hollandicæ rebellionis extitisset, adversus suum Regem. Ita ut Cornelii Gemmae, ac aliorum prædictioni, eventus respondisse deprehendatur.

Sixtus ab Hemminga quanquam edidit refutationem Astrologia, tamen in genitura Joas. Austriaci fatetur, quod deduxerit septem annis ante mortem Austriaci pro viæ longitudine Lunam ad oppositum Saturni, & Horoscopi ad corpus Saturni, & quod pervenerit Lune directio ad Saturni oppositum in annis 31. mensibus 7. diebus 6. quo ipso tempore ætatis suæ & anno, & mensè, & die Austriaci concessit fati, pelli fecisset anno 1578. 1. Oct. hora 2. pomeri-

diana extinctus: & addit: Si in omnibus nativitatibus vel etiam perisque hoc pacto convenirent eventus cum directionibus, solam se Astrologiam magnificare velle, eamque præ cæteris scientiis unice amplecti, & colere. Idem autem Sixtus ab Hemminga aliquot diverfa exempla allegat, in quibus ipsi eventus minime respondent directionibus. Tum etiam alii Astrologi diverfa ediderunt de his judicia, diverfaque protulerunt directiones, & tempora nativitatum, quæ cum rebus ipsiis convenire affirmant. Ego tamen laudo ejus studium. Nam disputando veritas indagatur, & elucefcit. Imprimis autem mihi placet, quòd præcipuam causam eventuum, non astris, sed Deo adscribit, tanquam Domino astrorum & nostrorum omnium, quod & ego facio, nec unquam aliter fens. Hic enim causis secundis liberrimè imperat. Et ut *Horatius*,

*Res nostras celericatas
Turbine versat.*

Reginæ Franciæ Catharina Medices, Henrici regis conjugis, prædictum est ab Astrologis, eam natam esse ad destruendum principatum, ad quem conjubio perveniret, teste *Gucciardano*, quemadmodum ejus avunculus etiam Clem. VII. Pont. Carolo V. retulit: *Jovius narrante in sua historia*. Penes lectorem judicium esto, quid de ea re sentiendum videatur.

Junctinus prædixit Henrico Poloniae Regi, Henrici Gallorum regis filio, anno Domini 1572. in tractatu de *Stellis fixis*, cum haberet canem Minorem in Horoscopo, quæ stella regna & imperia decernit, illum ad majora rerum culmina perventurum, antequam Rex Franciæ effectus, quod contigit anno Domini 1574.

Natalis Comes in sua historia scribit, quòd cladem Gallorum factam ad S. Quintinum, in qua Conneftabilis Montpensierius, Marechalchus S. Andreae, Reingravius, Lanfacius, & ferè bis mille nobiles capti & interfecti sunt, multò ante prædixerit Michael Nostradamus, rerum Astrologicarum peritissimus, cum multis inde fecit calamitatibus, in quodam prognostico. Et addit *Natalis Comes* hæc verba: Neque enim tam fallax existimari debet, ut alioet, prædictio, quæ à peritissimis sit astrorum, cum Deus optimus rerum omnium moderator, non ita occultas esse aliquando G imminentes calamitates voluerit, ut eas devitare non possimus, si expergiscamus. Sed propter incertiam feritum plerumque tandem prono alveo luminis, neque studentes per sapientiam viribus astrorum resistere. Nam profectò facilis est sapientia prævitum, quam ignoratum periculum devitare, cum imprudentia contra, & incertia periculi devitandi, ipsa propè sit necessitas.

Carolus V. iisdem Calend. quibus natus erat, Imperatorem creatum fuisse, Bononiæ à Clem. VII. coronatum, Francicum Regem Galliarum cepisse, & de Germania triumphasse, à perisque animadvertit. Habuit autem in ortu Capricorni sydus, quo sydere etiam natus fuerat Augustus, qui propterea nummum felici Capricorni sydere percussit, ut antè indicatum est. Ad quod etiam Horatius alludit, cum Hesperia tyrannum Capricornum appellat. Eodem sydere Carolum Borbonium, Cosmum Medicem, natum *Cardanus* scripsit, & Selinum principem Turcarum, qui septimo Cal. Septemb. eodem mensè, quo Marcum Antonium Augustus vicit, Regem Persiarum Hismaclem de Caldezanis campis fregit, biennio post eisdem Calendis Campionem Soldanum de Imperio dejecit. Hi omnes habuerunt Capricornum in ortu, & singuli ad maxima imperia, regna, ducatus, & opulentas hereditates pervenerunt, multaque & gravissima bella felici exitu gesserunt: imperare autem ceperunt Augustus, Carolus & Cosmus Medices anno 29. ætatis. Unde hujus artis consensus intelligi potest. Quo fundamento etiam sine dubio Ninus Basilicus Mathematicus, prædixit Cosmo Medici Florentia Ducis, cum adhuc privatus esset, & de eo nihil cogitaretur, ingentis opulentia hereditatem sibi porteridi, quòd in ipso genitura horoscopo Capricorni felix Astrum, mirabili conspiciantium siderum aspectu irradiatum esset. *Jovius.*

Idem Alexandri cædem, magna cum multorum admiratione, indicavit, & tanta animi confidens, ut certum quoque percussorem designaverit, qui esset ipsi intimus, habitu gracili, suspensa taciturnitate, ferè cæteris infociabilis. Quibus indicis veluti digito monstrabat Laurentius Medicus, qui nefario ausu ipsium contra omnia consanguinitatis & hospitalitatis jura in cubiculo trucidavit. *Jovius.*

* Memorabile est, quod ante paucos annos, quando Hen-

A Henricus IV. Francorum Rex invidus, in ipsa inaugurationis pompa, ab impio sicario fuit trucidatus, cultro in ventrem impacto. Illius rei fama percrebuerat multis diebus priuquam accidisset, ita ut jam in perisilio Antuerpiensi & Amsterdamenti passim referretur ita evenisse, cum tamen multos duntaxat post dies eueniret. Quin addunt, eidem Regi pridie fuisse predictum, ne die postero palatio egrederetur, ni praesens vitae discrimen vellet incurere. Veram fuisse praedictionem, luctuosus & inexpectatus eventus docuit.

Addatur & hoc ad praedictiones reliquas, quod Gal. lib. 3. de dieb. decret. scribit, & Hermes Trismegistus in Iaromatematico, hoc est in sua Medicina cum Mathematica conjunctione, affirmat: Illud, inquit, denuo repetendum est, quod nos observantes verissimum esse comperimus, ab Aegyptiis Astronomis inventum, Lunam non modo aegris, sed etiam sanis dies tandem, quales futuri sint, posse praenunciare. Si enim ad Planetas temperatos steterit, quos salutare Latini nominant, fastos ac bonos producere: si ad imtemperatos, graves molestoque. Fingamus, homine quodam nascente salutare planetas in Ariete, malignos in Tauri & Capricorno fuerit, pulchre deget. Cum vero Taurus ipsum vel tetragonum aliquod, vel diametrum signum occupat, male tunc & moleste vitam transiget. Atque jam morborum initia huic, cum Luna in Tauri, Leone, Scorpione, & Aquario fuerit, pessima: sine periculo autem & salubria sunt, cum Arietem, Cancrum, Libram, Capricornum, Luna permeat. Hoc verum esse, non solum medici hujus seculi protus affirmant, sed & quotidiana experientia testatur, ipsique aegroti sensibilibus percipiunt: quemadmodum etiam hoc verum esse expertus fuit Henric. Ranzov. qui ita de seipso scribit: Cum in juventute mea valde ex Asthmate laboraverim (quo jam divina favente clementia liberatus sum) ex conjunctione Lunae cum Saturno aut Marte, & futuro signo ascendente, ab ipsius tempore natiuitatis meae laeso, mihi ipsi praedicere potui, qua die & hora essem laboraturus: Ita ille.

Ceterum praedictiones omnes eventuum futurorum, qui a libera hominis electione, aut Dei dispositione dependunt, Caluinde quam ab astris peti oportere, jam supra demonstravimus.

EFFECTUS VARI EX CONJUNCTIONE PLANETARUM, EORUMQUE COMMIXTIONE.

Ultimo loco hoc quoque censui addendum, quod historiae omnium temporum testantur: Commixtionem superiorum Planetarum, motus, bella & diversis generis morbos excitare, & quod praedictiones tales, quae sunt ex conjunctionibus, sunt signa verisimilia, momenta homines de futuris calamitatibus & mutationibus.

In Scorpione coejuerunt Planetae superiores, cum inter Pompejum & Caesarem civilia bella toto terrarum orbe exarserunt, variaeque conversiones regnorum, ac Rerumpub. & Imperiorum contigerunt.

Rufus idem Planetae in Sagittario coejuerunt, anni Christi 73. cum Otho, Galba, Vitellius & Vespasianus Imperium Romanorum perturbarunt, & Hierosolyma & Palaestina una cum Judaeis in servitutem pervenerunt.

Similiter conjunctionem factam in sydere Capricorni, anno Domini 312. secuta est trium Imperatorum & legionum Romanorum maxima strages: cum Imperator Constantinus vi & armis urbana inuasis, totiusque imperii Romani leges & Rempub. momento evertit.

Anno Christi 430. Planetae in Aquatio conglobatis, Gothi in Europam a Septentrione irruerunt, & Romanum Imperium oppresserunt.

Planetae in Scorpio contigit, anno Dni 630. Quo Arabes ex Asia desertis erumpentes, universum ferè terrarum orbem armis domuerunt, novas leges tulerunt, religiones confuderunt, ac imperium Perfarum deleverunt. Postremo linguam Graecam, Latinam & Persicam in Asia & Africa sustulerunt.

Anno Domini 1343. Synodus fuit Planetarum in Aquatio: Germania tertæ mori, Apulia bello concussa, & sacra lites ab ortu versus oceanum seipere cepit.

Conjunction magna accidit in piscibus, anno Christi 1464. quo tempore tyranides ac bella civilia totam Europam invaserunt. Eduardus III. Henricum Angliæ Regem necavit: Fridericus Imperator a suis Viennæ obsessus: Ludovicus XI. Gallorum Rex principum conjuratione ferè

oppressus: Florentiæ maximæ seditiones fuerunt: Scanderbegus Albanæ Dux a Turcis defecit.

Planetae in Aquario conjunctione incurrunt annum Domini 1483. cum repente Italia, qua dænturna pace conqueverat, tum suis, tum Germanorum, Gallorum & Hispanorum armis effi oppressa: & etiam hoc tempore inaudita lues (ut supra dixi) totam Europam insectavit.

Magna coitio facta est in Piscibus Anno 1524. quo tempore Gallia & Dania bellis civilibus, Germania vero tota nobilitum & plebeorum inter se concurrentibus armis facidifemelaniata.

Rex Gallia Franciscus Papæ captus est a ducibus Caroli V. & ab his Roma superata: & Pontifex Clem. VII. in iporum manus pervenit, redemptus 40000. ducatis & 25. Episcopatibus maximi proventus regno Neapolitano incorporatis. Rex Christianus II. eiecit Dania. Hafnia urbs obfessa & capta est. Fridericus I. in patruelis locum coronatus & rex factus. Rhodus a Turcis expugnata est.

Anno Dni 1583. habitum conjunctiones planetarum sexdecim, omnes in Piscibus, inter quas fuit etiam Saturni & Jovis. Anno 84. 14. conjunctiones in Ariete & Mercurii in Ariete tredecim, & unam in Tauri Solis & Mercurii. Deinde Anno Dni 88. conjunctiones 12. in diversis signis. Has absque dubio sequentur nefaria consilia, ac fata, motus, seditiones, bella, caedes in civitatibus, regnis ac provinciis, inaudita genera morborum, pestis, obitus magnorum regum ac dominorum, infinitæ dissensiones, ac novæ diversitates opinionum in religione, ac denique ingentes calamitates in toto orbe terrarum, ut multi rerum caelestium periti opinantur, colligentes hæc ex eventibus, quae secuta sunt præterlapsas conjunctiones, quas recensimus. Veritas enim longinqua incredibilem scientiam multa observatione, ut refert Cicero, adducit.

Denique ex Majoli tom. 1. Dier. Canicularum, colloq. de meteoris, adscribendum duximus cujusdam Astrologi de variis eventibus pronuntiatum, quos prima die Januarii prædicebat futuros, dummodo certæ Planetarum & meteororum apparitiones, aut conjunctiones illo die fierent. Ita vero eodem carmine idem auctor complectitur:

Rorida si nubes confixerit tridui arcum, Pacatum mundo fore dicitur nimen erit. Si micet a caelo lampas; fax; lancea, trabsque, Fervescit longo tempore terra nimis. Si rugias tonitru, transcendent flumina ripis, Et nava insaufum fluctibus equor erit. Insonet horribilium sive intremas inclaya tellus, Exul erit pietas, exul & ipsa fides. Irruat averso si temporis ordine grando, In populis Regum summa tyrannis erit. Jupiter ignitum si mittat ab aethere fulgur, Edocet invisum Regibus interitum. Si ridet Phoebus, ridet quoque frugibus aestas, Si nymbi exundent, defleat Agricola. Si minus irradiant ob nubes lumina solis, Tempora nil faustum, nil quoque triste dabunt. Sin sese radiis Phoebi commiseret Orion, Luxuriet frugum defleat tempor inops. Parturiet sobolem semina quoque marem. Intumeant armis populi, si strideat Auster, Si nebula, incisset (stabile) dira lues. Si pluvie nothique diem, caligine volutant, Parta dabit tellus saniora, bella, luem.

Astutia.

* DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

Astutia generatim, est ratio aliquod agendi modo occulto: Dicitur enim astuti in contractibus & negotiis qui norunt modum agendi non passim obvius, quibus vel alios decipiunt, vel cavent, ne decipiantur. Videtur ab Aristotele vocari δεινότης, (soleriam quidam interpretantur) quem ipse etiam in malis ponit, ut patet lib. 1. magnorum Moralium cap. ult. ubi dicit, omnem prudentem esse δεινόν, i. e. astutum vel solerem, sed non contra: quin malus etiam, δεινός solers est. Sicut Mentor, qui videbatur quidem δεινός solers, non tamen erat prudens. Itaque astutia generatim accepta, est quid communius, quam prudentia.

Cate.

A Ceterum accipitur communiter Astutia magis spectatum pro notitia pravorum mediocum ad fallendum idoneorum, cum affectu exequendi conjuncta. Hocque modo accipit D. August. lib. 4. contra Julianum c. 3. cum ait, omnibus virtutibus quaedam vitia esse similia; sicut astutia prudentiæ similis est, quæ tamen est vitium. Et Apostol. 2. ad Corin. b. 4. Non ambulans in astutia, Græcè δεινότης, quo nomine proprie significatur vitiosa astutia, quia astuti omnia tentant, in omnem partem se vertunt, ut rem perficiant. Coninet artem simulandi & dissimulandi. Habetque locum in iis functionibus, quæ proximum respiciunt. Nemo enim sibi ipsi aliquid occultat, vel in modo agendi sibi aliquid occultum optat: sed tantum proximo.

Videtur hæc astutia species quædam prudentiæ carnis. Hi enim maxime videntur prudentes secundum carnem, qui modos norunt occultos obtinendi temporalia, fallendo alios.

Dolus est astutia executio, sive verbis, sive factis: est enim hoc nomen generale. Tantum habet locum erga proximum, & potissimum in materia justitiæ, ut contractibus & distributionibus.

Fraus est executio Astutiæ per facta, ut cum mensura est minor iusto: cum moneta est adulterina. Unde est quid contractus, & minus commune quam dolus. Itaque dolus & fraus se habent ad astutiam, sicut pactiones, & actiones iuste ad prudentiam. Sicut enim hæc diriguntur iudicio & regulis prudentiæ: ita illa iudicio, & regulis astutiæ.

ASTUTIA. CALLIDITAS. DOLUS.

ITEM ASTUTIA PRUDENS ET SOLERS. SIVE DOLUS BONUS.

* Versusque considerationes, & EXEMPLA: cum SACRA, tum PROFANA.

Astutiam utraque acceptione consideramus, sive ut importat Dolum absque Justitia, quem Latini Fraudem & Calliditatem appellant, quem C. Aquilius, rogante Cicero, ne, desinuit, Cum aliud actum est, aliud simulatum: sive ut usurpatur pro Dolo bono, qui δεινότης dicitur: à quo Ulysses extollit Homerus. Nec refertur dicit in bellica actione, si δεινός in semper, armis, an stratagematis hostes vincantur. Et sunt Interpretes facti, qui talem dolum volunt insinuari. Lucæ 16. ubi Christus laudat villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: & filios hujus seculi prudentiores in generatione sua filiis lucis pronuntiat. Alioquin D. Thomas nonnisi abusive existimat dolum nominati bonum, 2. 2. q. 55. art. 4. ad 1. Nos utriusque exempla dabimus.

* DOLI SIVE ASTUTIE PRUDENTIS EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Prudenter & astute, iuste tamen, Jacob mercedem quam ei Laban debebat, quamque decem vicibus, & iniqua pactione commutata, obtinuit. Quando objectis virgibus populæ & amygdalinis ex parte decorticatis, positique in canalibus, è quibus greges bibebant, effecit, ut ille parentem maculosa & varia, & diverso colore resperla, quæ omnia ex pacto cum Laban inito accipiebat. Ditatusque est vehementer, & habuit greges multos. Genes. c. 30.

Joseph, dum fratres ad eum in Aegyptum venissent accepturi frumenta, eosque hilariter accepisset, antequam scitione pertentaret amicos eorum, quo pacto erga Benjamin fratrem suum utrumque se gererent, ut invidiam aliquam perferiret, qualem erga se aliquando ostenderant, ex eo, quod in convivio reliquis quintuplo majorem partem accepisset; præcepit, scyphum suum argenteum poni in ore facci illius, & digressos persequi ac reduci, & dussis haberi ob scyphum, quem illos furatos objicerebat. Qui ignari ejus quod acciderat, dicebant: Apud quemcumque fuerit inventum servorum tuorum, quod quaris, moriatur, & nos erimus fervi domini nostri. Genes. 42.

Josue simulando fugam ante urbem Haji, positique post civitatem insidiis, eam expugnavit, & succendit, viroque illius percussit. Josue cap. 8.

Gabaonitæ audientes quæ fecerat Josue civitati Haji, & aliis finitimis, callidè cogitantes tulerunt sibi cibaria, faccos veteres amnis impientes, & utres binarios siccos, atque confusos, calcamentaque perantiqua, quæ ad iudicium vetustatis pitacis erant confusa: induti veteribus vestimentis, & ita tanquam è longinquo venientes, pacem cum eodem & foedus inierunt, illicque pollicitus est Josue, quod non occiderentur. Josue 9.

De insigni astutia, qua Gedeon Madianitas circumvenit, E. Videatur vit. de stratagematibus bellicis.

Philistæi quoque magna calliditate caverant, ne esset faber ferrarius in omni terra Israel, ita ut cum dies prælii venisset, non inveniretur ensis, vel lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Jonatha. 1. Regum cap. 13. vers. 19.

Egregia astutia erat, quam Joab adhibebat, mittendo mulierem sapientem habitu tristi ad Davidem, & viduatum dissimulantem, ut ita ei reconciliaret filium suum Absalonem, à quo cor ejus aversum erat. Quæ audita, David dicebat: Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & voca puerum Absalon. 2. Regum c. 14.

Prudenter & callidè Salomon detexit, quemam mater foret prolis, pro qua litigabant due mulieres meretrices, dum petito gladio, infantem vivum dividi imperat in duas partes, & dari dimidiam uni, & dimidiam alteri, Eo namque audito, mulier, cujus filius erat vivus, postulabat eum dari alteri. Unde Rex judicavit eam esse matrem, ac infantem eidem tradi imperavit. 3. Regum c. 3.

Jeroboam Rex Israel, Vide Stratagemas abellicas. F. Jehu quoque in Regem à Deo unctus, singulari prudentia omnes sacerdotes Baal in templum evocatos, ad unum trucidavit. 4. Regum c. 10.

Sanctus Paulus ad Corinthios scribens, ait: Cum essem astutus, dolo vos cepi. Verum hic locus variis patitur interpretationes. Sensus enim juxta communem sententiam est: Artificiose solertia, & cauta prudentia, ego vos à gentillismo ad Christianissimum converti. 2. ad Corin. cap. 12. versu 16.

Vide pleraque infra, inter exempla S. Scripturæ. Astutiæ calidæ.

* EXEMPLA HISTORICA.

Eusebius Vercellensium Antistes, cum Arianos à Dionysio Albanensi Episcopo præscriptionem sui dogmatis per fraudem extorsisse accepisset; ille etenim artem arte delusit, popululumque fraudulentum prudenti astutia compellavit. Finxit autem se quoque ejusdem opinionis cum Dionysio, hinc Arianis subscriptionem indicem accipit, ut & ipse illi sua signatura adhibeuletur. Verum ut vidit Dionysii nomen inter primos, quasi ad rem novam dromachatus, & Vos, ait, Patrem in divinis Filio majorem dicimus, & cur juvenis ille, meum quandoque discipulum, hic me præcedet non id deceat: aliam itaque schedulam conficite, in qua suo ordine quisque subfignet. Dixerat: cum Ariani hæc bona fide & ad mentem eorum ita dici auctoritates, chartam lacerant, & aliam ad Eusebium deferunt à novo figendam. Quibus ille subridens: Nec ego, inquit, nec filius meus Dionysius, vestris impietatibus subscribam. Ex quo factò ita concludit Ambrosius: Cum dicat Evangelium in hac generatione prudentiores filios tenebrarum filios lucis, ecce hic ipsis tenebris prudentior filius lucis inventus est. Ambros. Serm. 69. L. Beyerlinck in Apophthegm. Christian.

Accusatus Athanasius, quod mulierem conspuisset, vocatur cum illa ad concilium Episcoporum. Cumque ab Ariano subornata, impudenter Athanasio concubium objiceret, Timotheus presbyter Alexandrinus (ita enim cum Athanasio convenerat) mulierem affatus, Egon, inquit, te compressi mulier: cui illa, Tu ipse: nuncquid talia loco & tempore: ita explora meretricæ, & accusatio ridicula apparuit, & Athanasii innocentia comprobata est. Quam Hicite Comicus:

Fallacia alia aliam tradit, Astutum fallere è difficile est. Sozomen. lib. 2. cap. 24. Beyerlinck supra.

Celebre etiam illud, quod sequitur. Constantinus Imperator, sub imperii sui exordium, periculum facturus, quoniam è domesticis orthodoxam fidem amplecterentur, qui verò ab eadem deficerent, convocatis omnibus, Qui, inquit, diis sacrificare voluerint, summo apud me honore mansuri sunt; qui verò id recusaverint, illis aulam absecerant. Quibusdam itaque Catholicorum aulam exuuntibus, aliis verò diis thura ponentibus, hos à se rejecit, illos velut domesticos suos summo honore est profecutus. Et quis hic rursus in Ambrosii sententiam, quam superiorum exemplo recensimus, non decendat? Euseb. lib. 1. cap. 11.

Paphnutius Episcopus videns Maximum Episcopum Jerosolymitanum inter Arianos in Concilio Tyri sedentem, qui adversus Athanasium conspiraverat; surgens de medio, manu